

XXXIII. *Qualiter unus solus patronus tenetur esse et morari in naue et alio ligno, et qualiter de ipsis exire potest* (1).

Dicimus (2) quod si nauis tantum unum patronum habuerit, qui in ea sit iturus, ille patronus nauem (3) intrare debeat antequam ipsa transeat molum (4) sancti Nicholai, semper in ea continue conmorando (5). Similiter in reditu suo in Ueneciis (6) moram in ipsa navi (7) faciendo dum nauis non fuerit || infra molum predictum (8), A. 193* nisi patronus ille loco sui dimiserit (9) fratrem uel (10) filium, seu (11) filium fratris uel sororis, aut (12) consanguineum (13) germanum, aut (14) fratrem patris uel matris, aut (14) generum uel cognatum, dum quis istorum sufficiens uidebitur in hoc facto. Statuentes ut ille qui sic (15) remanserit pro patrono eandem (16) potestatem habeat quam patronus qui eum dimisit habebat. Qui uero, si nauem reliquerit uel (17) predicta non obseruauerit que patroni obseruare tenentur, patronus, qui loco sui eum dimisit (18), nostro comuni libras quinquaginta (19) soluere teneatur; quam penam nostri consules in Ueneciis, infra quindecim dies postquam eis datum fuerit in noticia, teneantur exigere et auferre (20). Et, si dictam penam auferre non poterint (21), nos cum nostro consilio || infra quindecim dies (22) postquam nobis fuerit declaratum, ipsam penam in duplum auferre uel auferri (23) A. 194

Var. in Q: (1) XLIII. De illis qui in naue morari possunt per patronos. — (2) Precipimus — (3) qui cum naue ire teneatur, ille nauem — (4) nauis modulum transeat — (5) in ipsa morando — (6) suo Uenec. — (7) nauem ipsam — (8) predictum modulum — (9) aliquem dimiserit l. s. — (10) u. omissio. — (11) s. omissio. — (12) a. omissio. — (13) uel parentem agg. — (14) a. omissio. — (15) cognatum; et omnem prout sibi uidebitur poterit in naue dimittere de predictis; et ille qui — (16) per patronum ipsam — (17) quam habuit qui nauem reliquit. Et si — (18) e. d. l. s. — (19) l. q. omissio. — (20) consules excutere teneantur infra dies XV postquam e. d. f. i. n. — (21) non poterint excutere — (22) dies XV — (23) tollere uel tolli —